

The *Manipulus/Scotichronicon* Project
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/Scotichronicon/index.html>)

Lasciuia i

...unde de iv^{or} virtutibus:

Omnia tollerabilia preter turpitudinem crede. A verbis quoque turpibus abstineto, quia licencia eorum impudenciam nutrit.

Sermones utiles magis quam facetos et affabiles ama.

Miscebis interdum seriis jocos, sed temperatos
et sine detimento dignitatis et verecundie.

Nam reprehensibilis est risus si immoderatus,
si pueriliter effusus, si muliebriter fractus.

Odibilem quoque facit hominem risus aut superbus,
aut elatus,
aut malignus, aut furtivus, aut alienis malis evocatus.

Scotichronicon, 9.15 (Watt ed., vol.5, p.42, ll.5-11).

Omnia tollerabilia preter turpitudinem crede; a uerbis quoque turpibus abstineto quia licencia eorum impudenciam nutrit.

Sermones utiles magis quam facetos et affabiles ama.

Miscebis interdum seriis iocos sed temperatos
et sine detimento dignitatis et uerecundie.

Nam reprehensibilis risus est si inmodicus,
si pueriliter effusus, si muliebriter fractus.

Odibilem quoque hominem facit risus aut superbus
et clarus
aut malignus et furtivus aut alienis malis euocatus.

Seneca de quatuor uirtutibus.

Manipulus florum, Lasciuia i

Omnia tollerabilia praeter turpitudinem crede. A verbis quoque turpibus abstineto, quia licentia eorum impudentiam nutrit.

Sermones utiles magis quam facetos et affabiles ama,
rectos potius quam obsecundantes.

Miscebis interdum seriis iocos sed temperatos
et sine detimento dignitatis ac verecundie.

Nam reprehensibilis risus est, si immodicus,
si pueriliter effusus, si muliebriter fractus.

Odibilem quoque hominem facit risus aut superbus
et clarus
aut malignus et furtivus aut alienis malis evocatus.

Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 4 (C.W. Barlow ed., p.243, ll.21-29).